Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Liber de vita Christi ac pontificum omnium

Platina, Bartholomaeus

[Nürnberg], 11. Aug. 1481

Prohemium platine in vitas pōntificū ad Sixtum. iiii. pontificem maximū

urn:nbn:de:bsz:31-341819

Visual Library

Prohemium platine in vitas pōtificū ad Sixtum.iiij.pontificem maximū.

Multa quidē in vita vtilia eſſe Beatiſ-
ſime pontifex:et huma-
no generi commoda ne-
mo ē qui ambigat. Scri
pſere philoſophi multa:ſcripſere mathe-
matici excogitata:et inuenta ad ingenia
hominum excolenda. Magnum fuit(ne
mentiar)rimari ſecreta nature:celos ſcā
dere:atꝫ inde ad nos doctrinam et artem
earum rerum traducere:que auctor ⁊ pa
rens omnium deus procul ab oculis mor
talium collocauerat:vt cum tantam pul-
critudinem:tantum ac tam perpetuum
ordinem admirantes intueremur maie-
ſtatem diuini numinis merito collauda-
remus. Negari certe non poteſt:quin ex
hac philoſophandi ratione magna vtili-
tas ad homines peruenerit ingenio pre-
ſertim vtentes:quippe pulcritudine diui-
nitatis commoti humana contemnentes
vitam celeſtem in terris ducere nituntur
Uerum(vt ait Poeta)Non omnia poſ-
ſumus omnes. Inuenienda igitur via fu
it:que omnibus aditum ad felicitatem
preſtaret:ne ſolis philoſophis conſultuꝫ
videretur. Ea certe rerum antea geſtarū
cognitio eſt:quas ipſa hiſtoria continet:
ex q̄ non qd vna:ſed quid omnes etates
egregie fecerint colligētes:magiſtram vi-
te noſtre vetuſtatem ipſam habituri:pri-
uati etiam quouis imperio digni exiſti-
mamur. Preterea ex hac cognitione:ad
prudentiam:ad fortitudinem:ad mode-
ſtiam:ad omnes deniqꝫ virtutes animi
hominum ita concitantur:vt laude ipſa
nil antiquius:turpitudine autem nil de-
teſtabilius exiſtiment. Quid ſi veteres il
li apud quos virtus i precio fuit celebra-
ri maiorum ſuorum:ſtatuas i foro collo-
catas pro templis ac alijs in locis publi-
cis volebant ad vtilitatem hominum re-
ſpicientes:quanti a nobis faciēda eſt hi-
ſtoria:que non muta:vt ſtatue:non vana
vt picture:veras preclarorum virorū ima
gines nobis exprimit:quibuſcum loqui:
quos conſulere et imitari vt viuos fas ē.
Addo preterea quod hiſtorie lectio que
vitam hominum continet ad eloquentiā
ad vrbanitatem:ad vſum rerum quauis
facultate gerendarum confert plurimuꝫ
atqꝫ adeo quidem:vt eos etiam qui reb⁹
geſtis nequaq̄ interfuere:dum aliquid
compoſite atꝫ eleganter narrant:ſupra ce
teros ſapere et intelligere arbitramur.
Tu itaqꝫ theologorum ac philoſophorū
princeps:hac hominum vtilitate motus
ſimulqꝫ dignitati eccleſiaſtice conſulens
non fruſtra mandaſti:vt res geſtas pon-
tificum ſcribentem:ne illorum benefacta
perirent negligentia ſcriptorum:qui ſuo
ſudore ⁊ ſanguine hanc rempu. chriſtia-
nam tam amplius nobis:tamqꝫ precla-
ram relinquere:vtqꝫ deinceps haberētur
poſteri noſtri quoad bene:beateqꝫ viuen-
dum incitarentur:cum legendo perdiſce-
rent quid imitari:quidve fugere oporte-
ret. Non ſum tamen neſcius futuros q̄ſ-
dam:qui dicant me hoc onus fruſtra ſu-
ſcepiſſe:cum id antea a pleriſqꝫ factuꝫ ſit
Leguntur certe multi(Damaſum ſemꝑ
excipio)qui nullum florem oratōnis:nul
lam compoſitionem:et elegantiam ſequū
tur:non de induſtria(vt ipſi iactitant)or
natum fugientes:quod eleganti ſtilo res
ſacre ſcribi non debeant:ſed inſcitia et ig
ratione bonarū litteraꝝ. His autē obijce
re:Auguſtini Hieronimi Ambroſij Gre
gorij. Leonis. Cypriani. Lactātij erudi-
tionem et doctrinam ſit ſatis:qui hac in
re Ciceronis auctoritatem ſequentes ar-
bitrati ſunt:nil eſſe tam incultum et hor-
ridum.quod non ſplendeſceret oratione.
Non negauerim tn̄ huic generi ſcribendi
difficultē quandam ineſſe.cuꝫ nudis ver
bis interdū:ac min⁹ latinis q̄dā exprimē
da ſunt:que i nr̄a theologia ꝑtinēt. Hec
aūt ad latinitatē:q referāt magnas ꝑtur
batōes ingenijs nr̄oꝝ tēpoꝝ:hac cōſuetu
dine imbutis afferat nece ē:mutatis ꝑſer
tim termis:vn̄ om̄is diſputādi ac rōcinā
di ſeries colligit̄. Sꝫ habeat hāc q̄ꝫ aucto
ritatē etas nr̄a:vel chriſtiana theologia
poti⁹. Fingat noua vocabula latina faci
at:ne veterib⁹ tātūmō id licuiſſe videat̄.
Uerꝫ iā tādē huic ꝓhemio finē iponā:vbi
lecturos pri⁹ admonuero n̄ eē mirādū:ſi
cū pontificū vitas ⁊ mores ſcripturū me
pollicit⁹ ſī. Imꝑatoꝝ q̄ꝫ ꝑicipū:ac ducū
res geſtas iſerueri. Adeo ei hec ſit̄ cōne-
xa ſūt:ſi prios ipatores dū xp̄iaīs aduer-
ſant̄.ſi vltios dū fauēt iſpicis:vt alterꝫ i-
tegre ſine alt̄o exprimi nequerit. Legnat
ergo equo aīo:et ſi qd emolumēti ex hac
ſcriptōne nr̄a ꝑceperit:tibi ſoli pontifex
optime gratias agāt:cui⁹ ſanctiſſimo im
perio libenter obtemperaui.